



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 77. Patris Ludovici Granatensis Dominicani mors.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.
A C 1588.

quingentesimo sexagesimo septimo Antverpiensibus literis excusum prodiit: IV. Scripsit sermonem, & Constitutiones Synodicas. V. Speculum Sacerdotale. VI. Vulgavit Catechismos, & sermones præter orationem de perverfis Clericorum moribus, ac denique plura alia pietatis opuscula, in quibus tamen omnibus facile deprehenditur, quod hic Auctor in Patrum, & Conciliorum lectione versatissimus, non minus antiquitatum, quam Cræci, atque hebraici idiomatis apprime gnarus, necnon sanis Theologicæ, & moralis doctrinæ principiis imbutus fuerit, etiamsi nitido quidem, vehementi tamen, ac nonnihil inflato stylo uteretur.

§. LXXVII.

Patris Ludovici Granatensis Dominicanæ mors.

Pariter hoc anno e vivis excessit Ludovicus ex Ordine sancti Dominici Religiosus, vulgo dictus Granatensis, eo quod Granatæ anno Christi millesimo quingentesimo quarto natus esset ex Patre, qui origine Sariansis erat. Ceterum Ludovicus percurso Studiorum stadio in ædibus Marchionis de Montejar educabatur, atque animum ad Monasticam solitudinem oppido propensum præseferbat, quocirca sancti Dominici

minici habitu indutus, solemnique voto-
rum nuncupatione facta prima Ordinis
sui subsellia occupabat, ac a Castellæ,
& Lusitanicæ Regibus plurimi habeba-
tur; sua enim eloquentia non minus
solida, quam vere Christiana insignis,
ac non modo suis sermonibus, sed e-
tiam libris, qui hodie a doctis plu-
rimum commendantur, ac piis Chri-
stianis summo sunt solatio, sese admo-
dum celebrem reddidit, adeo, ut Gre-
gorius XIII. de ejus libris differens, af-
firmare non dubitaret, quod hic sanctus
Religiosus suis scriptis majora patravit
miracula, quam si mortuis vitam, &
æcis visum reddidisset. Hic idem con-
stanter omnes dignitates Ecclesiasticas
sibi oblatas respuebat, nihilominus quan-
to magis ipsemet sese deprimere stu-
debat, eo magis intentus erat, ut alio-
rum merita extollerentur, quapropter
Bartholomæo de Martyribus intimo suo
amico præceperat, ut Braccarensem
Archiepiscopatum in Lusitania accepta-
ret. Obiit die trigesima prima Decem-
bris hoc anno Salutis nostræ millesimo
quingentesimo octogesimo octavo: por-
ro inter plurima ejus opuscula scripsit
præcipue I. Ducem peccatorum II. Me-
moriale vitæ Christianæ unacum ad-
ditionibus. III. Tractatum de oratio-
ne. IV. Catechismum satis prolixum,
V. In-

Sæcul. XVI.
A.C. 1588.

*Erhard de
Script. Ord.
Præd. t. 2.
pag. 185.*

Sæcul. XVI. V. Instructionem pro Concionatoribus,
 A.C. 1588. VI. Tractatum de Officio Episcoporum,
 præterquam plurima alia opuscula.

§. LXXVIII.

Cleri postulata ad Regem.

*Act. du
 Clergé t. I.
 pag. 112.*

Dum Franciæ Clerus Mensibus Ja-
 nuario, Febuario, & Martio hoc
 anno Parisiis sua habuerat comitia, qui-
 bus Borbonius Cardinalis præerat, eis-
 que Bituricensis Archiepiscopus, plu-
 resque alii Nobilis Ordinis Deputati
 intervenerant, ubi hic idem Archipræsul
 Henricum III. die undecima Februarii
 unacum Borbonio, Vindocinensi, &
 Gondio Cardinalibus, Archiepiscopis,
 Episcopis, aliisque Deputatis adierat,
 porro cum eidem Regi plurima propo-
 nere juberetur, præprimis eidem hæc
 ob oculos ponebat: „Nunquam usque
 „adeo depressus Ordo Ecclesiasticus
 „hucusque ingemuit, quippe Sacerdo-
 „tes ejecti, suis bonis spoliati, fustibus
 „cæsi, trucidati, ac misere per univer-
 „sum Regnum ab hæreticis, & Regiis
 „militibus ad lanienam rapti sunt: ce-
 „teri vero decimis, & alienationibus,
 „ad quas a Regia sua Majestate com-
 „pelluntur, ad mendicitatem redacti
 „cernuntur: enimvero antiqui Franciæ
 „Reges, dum regnum suum ab erroribus,
 „hæresibusque purgare aggrediebantur,